



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **R. P. Ludovici Richeomi Societatis Ies. Valedictio Animæ Deuotæ**

**Richeome, Louis**

**Coloniæ, 1610**

Figura recta homini ideo conueniens quia vniuersitatis Rex est: & de signis  
superioritatis. Colloquium XXXVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50753](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50753)



*Figura recta homini ideo conueniens  
quia Vniuersitatis Rex est : & de  
signis superioritatis.*

## COLLOQVIVM XXXVIII.

**THEOL.** **C**ONVENIEBAT ergo figura hæc alta, recta, atque excelsa corpori huic, non modo quia homo erat, id est animal rationis compos, & ad cœli contemplationem sicut diximus procreatus, sed etiã quia Regia dignitateungebatur, quam figurã habere decet, quã maximè maiestati interiori conuenientem. Quod quam præclare à diuina prouidentia in alijs minoribus Regnis, aut potius similitudinibus Regnorum huius Vniuersi obseruatum sit, in quibus bestia insigniores notas quasdam corporibus suis præferunt excellentiæ suæ testes ac dignitatis, breuiter videamus. Delphinus piscium Rex coronatus est, sicut Basiliscus serpentum Imperator. Aquila Regina auium, caput plenum Maiestatis & corpus vastum ac accommodatum habet. Leo Rex bestiarum terrestrium an non totus regius

*Plin. l. 8.  
c. 22.*



regius est? Ornatur ille immani iubarum monili, caput, oculi flammicantes velut gemmę coruscantes insigniunt, aspectus grauis & terribilis est, color deniq; quo melius Regi conuenire nullus potest auro perquam similis. Apum qui regnum administrat, omnes subditos venustate proportionis, vastitate corporis, & colore ipso antecellit. Primus Rex quem Deus à populo suo salu-  
 tari voluit Saulus fuit, insigniter à  
 venusta corporis forma commenda-  
 tus: incorruptis enim sacrarum li-  
 terarum monumentis ad nos perla-  
 tum est humeris eum super vniver-  
 sum populum eminuisse. Iam Do-  
 minus noster communis Vniuersi-  
 tatis architectus ab æterno istud cõ-  
 filij cœperat, vt hominem Regem  
 omnium animantium nominaret, in  
 fauorem videlicet diuinitatis suę,  
 cuius manifestam imaginem animæ  
 ipsius insculperat, quemadmodum  
 ex istis verbis luculenter colligitur:

*Faciamus hominem ad imaginem &  
 similitudinem nostram, vt præsit pisci-  
 bus maris, & volatilibus cœli & be-*

1. Reg. 20.

23.

Gen. 2.

26.

M 3

sijs.



Gen. 1.

*stijs, vniuersaq; terra, omniq; repti-*  
*quod mouetur in terra.* Fuit ergo  
 mago illius fundamentum huius  
 excellentiæ, quam ei confestim  
 oculos statuit, quãdo ei fasces defe-  
 rens, & tenorem iuris exponens ait  
*Dominamini piscibus maris & volati-*  
*libus cæli, & vniuersis animantibus*  
*que mouentur super terram:* accepit  
 verò possessionẽ omnium istorum,  
 quando ei gregatim ciues terræ ad-  
 ducens, vniuersis nomina titulose  
 imponi ab Adamo voluit. Quem  
 admodum eum ergo Deus anima  
 regni capace nobilitauit, ita quoque  
 ei corpus excelsum & Maiestatis  
 animæ conuenientissimum, ac quam  
 maximè idoneum ad authoritatem  
 & respectum sui, sensibus anima-  
 lium, imprimendum contulisse ex-  
 istimandum est. Verùm postquam  
 ille rebus nouis studens Deo rebel-  
 lauit, idem omninò ei accidit, quod  
 Principi alicui euenire solet, cum  
 iugum subditi cum excusserunt, ab  
 eo secessionem fecerunt, iam eum  
 non vt Regem, sed vt Tyrannum vi-  
 olentum ceruicibus suis incumben-



tem agnoscunt. Nec enim Optimates & potentiores tantum vt Tygres & Leones, sed plebei etiam, sed infirmi ordines, mures, auiculæ, muscæ, & id generis animantes hilari animo Dictatorem hūc suum tulissent, ei paruissent, si ipse voci etiam diuinæ morem sibi gerendum esse existimasset: ita ergo per peccatum factū est, vt iuris illa executio & Domini, quod homini in bestias delatum erat, possessio suspensa fuerit, & in archiuis naturæ humanæ relicta.

*Hugo de S. Vict. in annot. in Gen.*

*Executio iuris & domini in bestias homini collatum suspenditur.*

Et ecce tamen, quæ Dei bonitas est, relicta sunt Imperatori isti designato signa quædam ac notæ, tum ad confirmandum & adiuuandum pauperculum istud animal, tum ad fidem ei faciendum, quod tantarum rerum naufragium fecerit, & odium ei sanctum quoddam ingenerandū, quo peccatum tot malorum caput detestetur. Primum signum est quod ei vtilia nonnulla & perquam necessaria animantia relicta sunt, eius imperio subiecta, & fidei regię



*Leenam  
religiosus  
ducit ac  
ligat.*

*Obediē-  
tia vis.*

*Idem in  
Hyber-  
nia pre-  
cibus S.*

*Patricij  
factum  
aiunt.*

*Dial. 3.  
con. Ma-  
gdeburg.*

*Res ad-  
mirāda.*

commendata: quemadmodum sunt  
æqui, boues, asini, cameli, oues, ca-  
præ, bubali, & alia quæ turmatim  
sæpè pueri etiam ducere norunt mi-  
nimo subiectorum & subditorum  
etiam imbecilliores. Secundū, quod  
effera nonnulla & omnis mansuetu-  
dinis expertia hominum obedi-  
entiæ voluit subiacere, in fauo-  
rem quendam specialem seruorum  
suorum ac amicorum. De Iohanne  
Pauli Abbatis discipulo, incorrup-  
tis historiæ monumentis config-  
natum est, zelo eum quodā obedi-  
entiæ singulari pollentem, iussu supe-  
rioris immanem continuò leenam  
adduxisse, & non aliter quam hæcū  
allegasse. Iam & locupletissimi te-  
stes sunt, qui Apostoli præcepto, om-  
nes serpentes ex Insula Melita  
proscriptos affirmant, & post vnus  
morsum, cuius Apostolorum acta  
meminerunt, nullum tota in ea in-  
sula conspectum fuisse asseuerant.  
Author est etiam Alanus Copus eos  
qui 25. Ianuarij cōuersioni huius ex-  
imij Doctoris sacra nascuntur, ser-  
pentes regere, & earum pestiferos  
mor-



morsus sola salua sanare posse: ad-  
 eò videlicet id cœlesti illi numini  
 cordi est, vt sanctis suis honor adhi-  
 beatur & reuerentia digna præste-  
 tur. Narrat D. Gregorius in Dialogis  
 suis religiosum quendam domus  
 Fundanæ topiarium serpenti in  
 medio horto reperto, vt se seque-  
 retur præcepisse, paruisse ani-  
 mal & præeuntem Ducem ad fora-  
 men vsque subsecutum, per quod  
 fur olera ablaturus ingredi confue-  
 uerat: iussum ergo denuò eum locū  
 tandiu obseruare donec aliud ei in-  
 iungeretur, substituisse serpentem, &  
 confestim in humo explicatum non  
 ante cessisse, quam fur reuersus & e-  
 ius conspectu territus refugisset, &  
 verò quo vellet migrandi copiam à  
 magistro suo accepisset. Talis nunc  
 itaque homini in animantes pote-  
 stas, tale imperium, istiusmodi vis  
 fuisset, si anima rectus perstitisset,  
 quemadmodum corpore permansit.  
 At ecce idem Dominus mirabilium  
 artifex & operator, eodem credo fi-  
 ne quem supra attigimus populis  
 nonnullis, & certis quibusdam ho-

*S. Greg.  
 2. Dia 3.  
 Serpens  
 religiosè  
 obediuit.*



*Plin. li. 8.**c. 25. l. 28.**c. 3.**Vis Ten-  
tyriorum  
admirā-  
da in cro-  
codilos.**Crocodili  
deuorata  
corpora  
reuomere  
coguntur.*

minibus singularem planè vim im-  
pertiuir, qua ipsa animalium ferè o-  
mnium crudelissima mulcere pos-  
sunt ac subiugare. Testis est post  
Strabonem & Diodorum Plinius,  
eos qui insulam Tentyrim insidēt,  
exiguos corporis statu, animis in-  
gentes planè esse. & cùm à Nilo Ae-  
gyptiorum flumine haud ita longè  
femoti sint, de Crocodilis quidli-  
bet agere: adeò vt venatum eos ex-  
euntes & natantes pueros obser-  
uantes, audacia mirabili inuadant,  
eos vt equos subigant, & si reiecto  
capite morsum minitentur, clau-  
ijs in os coniecta fauces oppleant,  
sicque in terram ceu captiuos pro-  
tractos, vt quos deuorarunt pue-  
ros euomant, compellant: neque  
tantum corporum & animi vi ista  
geri, sed ipsa etiam voce, halitu &  
odore furibundas istas bestias effu-  
gari, adeò vt in tota Insula nun-  
quam Crocodilus audeat compare-  
re. Meminit idem qui supra Plinius  
post Varronem in Barbaria popu-  
lum reperiri, Psylli veteribus di-  
ctum, cui illud à natura singulari  
bene-



beneficio concessum fuerit, vt serpentes occiderent atq; depellerent, adeò vt experimentum pudicitiae foeminarum, simulac eæ enixæ fuissent, infantes pestilentissimis quibusque serpentibus presentarint, vt si in fugam acti cessissent, suæ domi liberos prognatos esse animaduertent. Narrat idem non eodem loco ex Philarchi relatione, *Aspidem*, *Plin. l. 10. c. 74.* cum ad mensam cuiusdam veniens in Aegypto, aleretur assidue, enixam catulos, quorum ab vno filium hospitis interemptum: illam reuersam ad consuetudinem cibi, intellexisse culpam, & necem intulisse catula, nec postea in tectum id reuersam. Ecce tibi familiaritatem, ac si etiã placet necessitudinis iura inter bestias maximè virulètas, & Dominos summa fide studioq; cõseruata: atq; hæc admodum causa fuit, quare Eua nullo timore p̄pedita serpentem, per quem diabolus loquebatur accesserit, quippe cum eam sibi subditum sciret, & vim inferre nullam aut detrimētum posse cognosceret, *Chryso. 26 in Ge.* quemadmodum præclare D. Chryso. animaduertit. Nunc quæ hæctenus



ex locupletissimi Historiographi  
 Plinij monumentis à nobis allata  
 sunt, si cui vana & vero parum simili-  
 lia esse videantur, cum necesse est  
 susq; deq; ferre, vtrum incorruptæ  
 antiquitati fidem arroget, an quæ ab  
 ea percensentur leuia & fabulosa  
 esse arbitretur: etsi in ijs nihil omni-  
 nõ reperire possis, quod aut fide ma-  
 ius sit, aut rationi reclamet, aut vero  
 etiam experientia ipsi contradicat.  
 Docet autem hoc loco potius & fi-  
 des, & ratio, iure diuino pariter ac  
 naturali hominẽ Creaturis præfectũ  
 esse. Loquuntur ipsæ sacra litera, vt  
 ante audiimus, ipsi Philosophi na-  
 turæ, tantum lumen & aurigantem  
 rationem secuti, id agnoscunt, et-  
 si eo vsque ingenij acie penetrare  
 non potuerunt, vt intelligerent exe-  
 cutionem huius Dominij per pecca-  
 tum suspensam esse, & hominem  
 absque delicto fuisse, in bestias legi-  
 timum imperium obtinere debuisse.  
 Scimus Magni Alexandri Buce-  
 phalum, Regem suum probè semper  
 cognouisse, ob eamque causam præ-  
 ter eum Sessorem planè nullum pati



voluisse. Sextus hic admodum supra  
 trigessimus annus est, cum in Del-  
 phinatus ciuitate Biansson appella-  
 ta, ancilla hospiti operam dabat,  
 quæ non aliter quam asinas, fu-  
 riosissimos quosque equos & mu-  
 los temporibus nundinarum ad he-  
 rum depulso ad eò peritè tractabat,  
 prorsus vt eos in ancilla hac, signa  
 quædam istius superioritatis intel-  
 lexisse arbitrari potuisses. Et quis nõ  
 videt Deum his ostendere velle, in-  
 tegrum penes hominem belluarum  
 imperium esse debuisse, quemadmo-  
 dum nunc id quibusdam adhuc cõ-  
 cedit & elargitur? Atque si illud et-  
 iam verum est Leoni eum mirabilè  
 quendam galli gallinacei timorem  
 impressisse, Elephantem conspecto  
 muremeticulosum esse voluisse, cū  
 tamen cætoroqui ij longè maiorib<sup>9</sup>,  
 quam isti viribus polleant, neque  
 earum vim vlllo modo pertimescāt,  
 annon & illud fidem à nobis impe-  
 trare potest, nihil vt dubitemus ser-  
 pentibus cum etiam & Crocodilis  
 occultam quandam certorum ho-  
 minum alijs superiorum formidinē

*Ancilla  
 cauponia  
 mira e-  
 quorum  
 furiosorū  
 domitrix*

*Leo gal-  
 lum, Ele-  
 phantus  
 murem  
 timet.*

*Pl. l. 8. c. 10.*



impressisse, quo videlicet istis qua  
vestigijs in cognitionem iuris & im  
perij nostri veniamus, quo absque  
peccato fuisset, vti fruique potera  
mus. Vnde etiam illud liquidò & e  
uidenter constat, qua arrogantia (om  
nium reuera illo hæresum aut e  
natarum aut nascendarum funda  
mento ac fonte) sumus, sensus nos  
solùm nostri deliria sequentes, &  
vani iudicij opinione persuasos, ni  
hil credere velle, quod nos fieri non  
posse suspicamur, sicque cælum ocu  
lorum nostrorum acie mensurando  
dextrâ diuinæ illius omnipotentia  
stolidarum nostrarum cogitationū  
pede metiri. Quod reuera vt dixim  
omnium hæresum seminariū est, &  
superbissimorum hæreticorū docu  
mentū, qui iudicij sui lance, omnia  
exanimâtes, nihil credere in animū  
inducūt, quod illi putidis suis cere  
bris capere assequique non possunt,  
ipsamq; adeò etiam Scripturam sa  
cram occultè & ex insidijs lauerni  
onum instar tot crucibus & obelis  
insigniunt, tot cuniculis quo eam e  
uertant, suffodiunt, tot vineas quib



bus in diuersam eam trahant sententiam, ad illam agunt, quot commentis, quot phantasijs diffluunt & occupantur.

*Alia duo indicia quibus homo bestiarum imperium accepisse demonstratur.*

## COLLOQUIVM XXXIX.

**A**CCEDIT nunc istis tertium admodum indicium, quo homini in bestias dominium delatum fuisse agnoscas, dum videlicet eas aut vi domat & subigit, aut efferatas arte mansuefacit atque curat. Ac primum quidem vel mediocriter literatorum latere neminem potest, veteres Orientales, & nostra etiam tempestate Indos, vulgariter in bellis Elephantos vsurpasse. Notum adhuc quoque est, complures ex Imperatoribus Romanis curribus leones religasse, exemplum *Plin. li 8. cap. 16.* videlicet Marci Antonij secutos, qui